



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Marcum Antonium Maffam periculosè ægrotantem pristinæ restituit
firmitati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Marcum Antonium Maffam periculose
agrotantem pristinæ restituit fir-
mitati.

*Id totum
ipsem et pu-
blico testi-
monio co-
firmavit.*

Marcus Antonius Maffa vir dū
viueret, ob vitæ integritatem,
rerumq; peritiam omnibus notus,
carusque, tertio Non. August. eo-
dem anno millesimo quingentesi-
mo nonagesimo quinto ilium dolo-
re corripitur, quorum initium ex
calculis erat. Nocte quadam dolori-
bus increscentibus in eum locum
deductus est, ut ne quicquam non
modò tantum, sed ne tātulum qui-
dem quietis capere posset: remedi-
um nullum morbo proficiebat: vo-
mitus, & calor, qui eidem hoc mor-
bi genere affecto pars sanitatis esse
confueuerant, nihil proderant, ni-
hilque adiuuabant.

Interea doloris vehementia de-
fatigatus, infirmis viribus, medico-
rum remedijs frustra tentatis, in le-
cto post sextam horam collocat se-

se: Beati

se: Beati Philippi, in quo uno omniē
suæ curationis spem reposuerat, im-
plorat opem; nec mora; precibus v-
bi insistit, mox leui quodam, ac dul-
ci somno corripitur: dormijt ad ho-
ram, excito calculus ; qui phaseli
magnitudinem expleret, exiit : erat
is paulò maior quam quiuis aliis,
qui ante id tempus exciderat : rei
exitum tam celestem miratur Maf-
fa, & hoc maior eum cœpit admiratio ;
quod dum ei contingebat ex
calculo laborare , calculus quam-
quam hoc ipso minor, tamen cum à
renibus diuellebatur, hominē plus
duobus diebus excrucians ad ves-
cam tandem descendebat, ex quo &
calida, atque acris vrina, & vesicæ
inflammatio fiebat , tum demum
duobus, vel tribus elapsis diebus is
calculus exhibat.

Idem cum pridie Non. August.
eiusdem hebdomadæ absoluto sa-
crificio poculum aquæ frigidæ ieiu-
n' exhausisset, eo poto, horrore pri-

mùm,

mum, deinde pestilenti febre, cui
continens somnus, $\lambda\eta\theta\alpha\rho\gamma\sigma$ Græci
nominant, accesserat, premi cœpit:
fuit morbi initium luna crescente:
illud præterea ægrum à periculo
non abesse indicabat, quod neque
vomitū, neque alui ductione, neque
alio modo, vi somni, qua opprime-
batur, capitisque dolore, quo affli-
ctabatur, se vel minimum leuari sē-
tiebat.

Interea cum de medicorum con-
silio sanguinem sibi incisa vena de-
trahi pateretur, nec ea missio san-
guinis quicquam prodebet, de eius
vita ab ipsis medicis dubitari cœ-
ptum est, quandoquidem ægerna-
tura non siccus, sed succi plenus e-
rat. Nocte aduentante confugiens
Maffa ad Philippi opem tale mox
vidit insomnium.

In quadam sibi domo esse vide-
batur, quæ incendio absumeretur,
& in ea homines cernere, qui ad i-
psam euertendam, disturbandāq;

omni

omni conatu incumberent: dumque ea demolitio fieret, duo secum esse, qui cum fuga (quod fortis viribus essent) sese praesenti periculo eximere studerent, dereumenè à parvuentis muri opprimi: tum his ille perterritus moriendum sibi esse firmiter credere, animoque præægritudine anxius, quid hac de re consilij caperet, nescire.

Ergo dolore, mæstitiaque oppreso adest Philippus, qui quasi iuuenes, qui domum demoliebantur, increparet, clamare coepit: saluate Maffam, saluate Maffam, bis eadem iterans verba: nec frustra; is enim illico ab eo periculo sanum, incolumentque se extrahi vidit, atque verum fuisse visum euentus edocuit: postero enim die febri, morbique reliqujs, quæ vel excussa febri manere solent ad aliquot dies, liberaatur omnino, pristinas vires sibi redditas sentit: mox sanus, ac vegetus exilit è lecto. Medici vero haud

ignari

ignari quām periculosē Maffa egrotasset, eum mirabiliter conualuisse confirmarunt.

Maffa interim beneficij haud immemor ad sepulchrum B. Patris ad vota reddenda venit, gratijsq; Deo, Beatoque Philippo impensē actis, sepulchro primus pictam tabellam hac inscriptione notatam affixit.

I. C. R.

B. PHILIPPO LIBERATO.
ri suo M. Ant. Maffa Presbyt.

Salernit. Non. August.

M.D.XCV.

CVm mē febris vehementissimā
inuasisset, videbatur noctu in
domo ruina, & incendio conclusus,
nullum habens euadēdi diffugium:
duo, qui videbantur mecum esse,
fuga sibi consulentes à pariete op-
pressi mortui sunt. Dū sic metu per-
territus mortem expectarem, vidi,
& audiui B. Philippum iteratō præ-

cipien-